ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

PRORECTOR

HENRICUS THOEL D.

CUM SENATU

SUCCESSOREM IN SUMMO MAGISTRATU ACADEMICO

RICHARDUM VILELMUM DOVE D.

CIVIBUS SUIS

HONORIS ET OFFICII CAUSA

COMMENDAT.

HERMANNI SAUPPII *commentatio de duabus inscriptionibus lesbiacis addita est.*

GOTTINGAE MDCCCLXX.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

(VIL. FR. KAESTNER.)

Hoc iam mihi ultimum prorectoratus academici per duo annos administrati officium gratissimum exsequendum est, ut successorem

RICHARDUM VILELMUM DOVE D.,

virum consultissimum et clarissimum, collegarum suffragiis rite creatum, magistratus publici, cui summa harum rerum apud nos cura demandata est, arbitrio atque auctoritate confirmatum, solenni more renuntiatum vobis, cives academici, ex mei animi sententia religiose commendem. Eum, iuris disciplina utriusque egregie eruditum, gravitate morum atque urbanitate pariter insignem, omnia, quae ad universae salutem academiae et commoda vestra promovenda conferre possit, naviter et strenue curaturum esse persuasum habetote. Vos vero dignam horum temporum magnitudine gravissimorum et invicta aequalium vestrorum fortitudine moderationem morum et constantiam, studiorum assiduitatem et alacritatem monstraturos atque ita consilia successoris mei ipsos adiuturos esse certo confido.

Societas foederis attici quam sibi et Graecis omnibus salutaris fuisset, parvae illae civitates admodum multae, quae eius duritatem saepe conquestae erant, tum demum intellexerunt, cum vel ipsae belli peloponnesiaci opportunitatibus usae vel a Lacedaemoniis coactae descivissent et iugo attico excusso sui iuris sibi factae esse viderentur. Nam quanquam Persarum odio atque timore, quo ductae olim principatum ad Athenienses promtis animis detulerant, non iam ita

movebantur, ut quomodo communia pericula propulsarent sollicitae partium studia procul haberent, reverentia tamen et timore Atheniensium factum erat, ut fere tranquilla omnia manerent. In quibus enim civitatibus penes populum summum rerum publicarum arbitrium erat, optimates id sibi ferendum esse intelligebant, in quibus vero optimates acceptam a patribus potestatem tenebant, efficiendum esse existimabant, ut populares conditione sua contenti ne de rebus novis cogitarent. Labefactatis vero et fractis denique Atheniensium opibus non tantum binarum illarum partium in plerisque civitatibus certamina recruduerunt et turbarum incendiis civilium omnia flagrabant, sed Persarum etiam oras maritimas Asiae minoris sibi ereptas esse aegerrime ferentium conatus rebus civitatum graecarum se immiscendi ac veterem ita potestatem recuperandi plus minusve sensim felices eventus habebant. Ita cum Lacedaemonii fatali Graecis iudicii perversitate quid Graeciae hostes universae lucrarentur pensi non haberent, dummodo Atheniensium opes aliarumque civitatum frangerentur, suae crescerent, evenit denique, ut pax antalcidea fieret (a. 387), qua hoc constitutum esse Xenophon Hist. gr. 5. 1, 31 tradit: *Ἀρταξέρξης βασιλεὺς νομίζει δίκαιον τὰς μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις ἑαυτοῦ εἶναι καὶ τῶν νήσων Κλαζομενὰς καὶ Κύπρον* (cf. Diod. S. 14, 110. Plutarch. Artax. 21). Atque Lacedaemoniorum importunitate optimatiumque ferocia deinde illud sane effectum est, ut multae civitates in insulis maxime maris aegaei sitae imperio populari restituto ad amicitiam se denuo Atheniensium applicarent. Chios quidem Mytilenaeos Byzantios in fide mansisse Isocrates 14 §. 28 testatur et, ut alia omittam, in memorabili illo novae societatis instrumento, quam Athenienses Nausinico archonte primis mensibus a. 377 iunxerunt, foedus cum Chiis iam antea factum commemoratur: *ἐπὶ δὲ τοῖς αὐτοῖς, ἐφ᾽ οἷσπερ Χῖοι καὶ Θηβαῖοι καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι.* Quem titulum a P. Eustratiade a. 1852 Athenis primum editum, ab E. Meiero in commentatione epigraphica a. 1854 p. 53 sqq. et R. Rangabi in antiquit. graec. 2 p. 373 sqq. repetitum, ab A. Schaefero in comment. de sociis Atheniensium Chabriae et Timothei aetate in tabula publica inscriptis (Lipsiae 1856) illustratum esse constat. In primis ibi, qui foedus illud pepigerint, nominantur Chii, Tenedii, Mytilenaei, Methymnaei, Rhodii, Byzantii, inter alios multos deinde Antissaei et Eresii adduntur. Sed cum Atheniensium neque opes eae essent, quas socii valde timerent, neque constantia, iustitia, prudentia necessaria res

moderarentur, non diu socii in fide manserunt, sed a. 357 Chii, Rhodii, Byzantii, Coi instigante fortasse Maussollo (Demosth. 15 §. 3. 5 §. 25) bellum sociale moverunt, quo infeliciter gesto et pace conditionibus indignis et incommodis a. 355 facta Athenienses iacturam auctoritatis et potestatis maximam fecerunt neque unquam contigit, ut quod amiserant recuperarent. Tum satrapae regii et reguli, qui in permultis Cariae maxime et regionum finitimarum urbibus principatum obtinuerant ac partim Atheniensium etiam socii tempestatum necessitatibus coacti fuerant, ut Pactyes, Tymnes, Picres (cf. V. Vischer Philol. 2 p. 289 sq. A. Boeckh Oecon. publ. Ath. 2 p. 734 sq. quae ipse de rebus Halicarnassensium dixi in Menstruis soc. lit. gotting. 1863 p. 329. U. Koehler Tabulae foederis Atheniensium deliaci p. 58. 72. 84. 186. 193), illi reguli igitur auctoribus Persarum regibus et satrapae provinciarum maritimarum civitates insularum vel sustentatis optimatium partibus vel tyrannis sublevatis ab Atheniensium amicitia abstrahere et sibi obnoxias facere studuerunt. Sic Cyprothemin Samiis a Tigrane satrapa impositum c. a. 367 fuisse Demosthene auctore 15 §. 9 scimus. Quo tempore Demosthenes Mantitheo orationem scripsit, quae vulgo *πρὸς Βοιωτὸν περὶ προικός* inscribitur, h. e. anno fere 348 (cf. A. Schaefer Demosth. 3, 2 p. 223), Mytilenis Cammyn tyrannum fuisse legimus (Demosth. 40 §. 37)[1]). Eodem tempore apud Methymnaeos Cleomenes summa po-

---

1) *περὶ τούτων μοι δικάζεται ὡς πατρικὸν κεκομισμένῳ χρέως παρὰ τῆς πόλεως τῆς Μυτιληναίων, Καμμῦ τῷ τυραννοῦντι Μυτιλήνης ὑπηρετῶν, ὃς καὶ ὑμῖν κοινῇ καὶ ἐμοὶ ἰδίᾳ ἐχθρός ἐστι.* In his *ὑπηρετῶν* ad Boeotum, eum qui *δικάζεται,* referendum esse G. H. Schaefer viderat, cum A. Schaefer l. d. p. 221 et p. 224 nescio quomodo de Mantitheo cogitaverit. Itaque eo ipso tempore, quo oratio habita est, Cammyn etiamtum tyrannum fuisse intelligimus. Cammyi vero Boeotus id dicendo gratificatus erat, quia ille ita pecunias Mantitheo datas ex aerario subductas esse causari poterat. *Καμμῦ* pro eo, quod in codd. est, *Κάμμῃ,* scribendum esse in editione turicensi dixi auctore Choerobosco in Bekk. anecd. p. 1195: *ταῦτα δὲ τὰ ὑποκοριστικὰ οὐκ ἔχουσι τὸ ι̅ ἐν τῇ δοτικῇ τῶν ἑνικῶν. τῷ Καμμῦ γὰρ καὶ τῷ Κλαυσῦ καὶ τῷ Διονῦ καὶ τῷ Λαρδῦ χωρὶς τοῦ ι̅.* cf. scholia Dionysii Thracis p. 857: *ὁ δὲ Ὦρός φησιν ὅτι καὶ ὁ εἰς ν̅ καὶ ὁ εἰς υ̅ς̅ καὶ ὁ εἰς ι̅ς̅ ὑποκοριστικά· οἷον — εἰς υ̅ς̅ δὲ Καμμῦς, Κλαυσῦς, Λαρδῦς, ἀπφῦς, Διονῦς.* Dracon Stratonic. p. 104, 21. Arcadius p. 92, qui haec omnia Herodiano deberi ostendit: cf. Lentz Herodiani 2 p. 665 sq. De hoc genere vero universo hypocoristicorum cf. Chr. A. Lobeck. proleg. patholog. gr. p. 505 et L.

estate videtur potitus fuisse, quem cum Theopompus apud Athenaeum 10 p. 443. A lasciviam Methymnaeorum gravibus suppliciis compescuisse tradat, perspicimus eundem esse, quem auctor epist. isocrateae, quae fertur, septimae §. 8 *Κλέομμιν* appellatum maximis laudibus prosequitur. Quae epistola cum ad Timotheum, Heracleensium tyrannum, missa esse fingatur, Clearcho patre mortuo potestate potitum, anno fere 351 tribuenda est, cum Clearchus a. 353/2 interfectus esse dicatur (Diod. S. 16, 35. Cober ad Chionis epistol. p. 32. Bücheler academ. philos. ind. herculan. p. 5), quocum optime convenit, quod de Cleomene Theopompus libro quinquagesimo narrasse traditur. *Κλέομμις* igitur forma hypocoristica est nominis, quod est *Κλεομένης* (cf. Lobeck. proleg. pathol. serm. gr. p. 506 et quae de Zeuxidis nomine dixi ad Plat. Protag. p. 318. B). Etiam Chii eodem fere tempore tyrannum summam potestatem tenuisse titulus docet ab E. Gerhardo et A. Kirchhoffio in Menstruis acad. berol. 1863 p. 265 sqq. editus, de quo infra accuratius explicandi opportunitas dabitur. Eodem tempore in aliis civitatibus vel in eisdem aliis temporibus optimates opibus Persarum vel regulorum illorum adiuti popularibus patria pulsis rerum potiebantur: sic Demosthenes a. 351/0 (cf. A. Schaefer Demosth. 1 p. 439 sqq. G. Schmidt de principibus Cariae eorumque numis p. 8) in oratione de Rhodiorum libertate §. 19 dicit: *θαυμάζω δ' εἰ μηδεὶς ὑμῶν ἡγεῖται Χίων ὀλιγαρχουμένων καὶ Μυτιληναίων καὶ νυνὶ Ῥοδίων καὶ πάντων ἀνθρώπων ὀλίγου δέω λέγειν εἰς ταύτην τὴν δουλείαν ὑπαγομένων συγκινδυνεύειν τὴν παρ' ἡμῖν πολιτείαν.* Sed cum Philippus paullo post dominationis suae et potentiae fines quibuscumque artibus potuit promovere studeret, mirum non videtur quod aliis locis alia hoc ratione efficere conatus est. Nimirum nihil ille secutus est, nisi quod suis rebus conducere intellexisset. Ita qui Thessalos a tyrannis liberavit (cf. Diodor. 16, 14. 35. 37. 38. 52), eorum qui in aliis civitatibus tyrannidem affectarent conatus adiuvit, ut Clitarchi Eretriensis, Aristrati Sicyonii, Philiadae Messenii, aliorum ex eis, quos Demosthenes or. 18 §. 295 Macedonibus patrias suas prodidisse arguit (cf. H. Plass de tyrannis Graecorum 2 p. 106 sqq). In insulis vero maris Aegaei ad oram Asiae sitis cum Persarum ope et praesidio vel op-

---

Schwabe de deminutivis graecis et latinis p. 74 sq. Cf. quae de simili forma hypocoristica *Κλέομμις* statim dicemus.

timates vel tyrannos sustentatos esse viderimus, Philippum partibus popularibus subvenisse non est quod miremur. Cuius rei documentum infra luculentum proferemus, hic or. de Halonneso §. 15 attulisse sufficiat et Arriani 1. 17 §. 11, qui Ephesios aliquando statuam Philippi in Dianae templo dicasse eamque postea ab optimatibus subversam, deinde vero, cum Alexander popularibus summam rerum restituisset, denuo erectam esse narrat. Inde enim quod Ephesi Philippum effecisse colligimus, id cum similibus eius in insulis conatibus cohaerere satis manifestum est. Alexander deinde vestigia patris secutus esse narratur. Nam quanquam in foedere cum Graecis Corinthi autumno a. 334 icto pariter atque in eo, quod cum Philippo antea pacti erant, constitutum est, ut ne quid in civitatibus foedere iunctis turbaretur neve forma rerum publicarum mutaretur, tamen auctor orationis, quae est inter demosthenicas, de foedere cum Alexandro facto §. 4. 7. 10 ab Alexandro Philiadae filios Messeniis, Chaeronem Pellenaeis tyrannos datos esse, contra Antissae et Eresi in insula Lesbo tyrannos expulsos esse conqueritur, *τοὺς πρὸ τῶν ὁμολογιῶν τυραννήσαντας*. Atque imperium populare optimatibus oppressis etiam in urbibus Asiae minoris aeolicis et ionicis post victoriam ad Granicum reportatam constitui iussit (Arrian. 1. 18, 1). In insulis vero illis maris Aegaei intra paucos annos tum iterum iterumque statum rerum publicarum eversum esse ac modo populares modo optimates in exsilium pulsos, deinde rebus mutatis revocatos ex eis apparet, quae Arrianus et Curtius narrant. Nam cum illas quoque civitates ad foedus corinthiacum adscitas esse Arrianus doceat (2. 1, 4 et 2, 2 *τὰς στήλας τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς Ἕλληνας*), Memnon a Dareo classi praefectus a. 333 Chios et civitates lesbias praeter Mytilenaeos ad partes Persarum transire coegit, deinde eo mortuo Autophradates et Pharnabazus etiam Mytilenaeos et Tenedios vi oppressos columnis foederis cum Alexandro facti subversis ad pacem antalcidicam redire iusserunt (Arrian. 2. 1, 1. 4. 2, 2). Idem Coos passos esse ex eis apparet, quae Arrianus 3. 2, 6 tradit. Ac cum his Persarum victoriis omnibus rerum publicarum mutationes coniunctas fuisse facile est ad intelligendum: nam Chium Arrianus dicit 2. 1, 1 proditione traditam esse, Mytilenen exsules rediisse et Diogenem, unum eorum, Persis auctoribus tyrannidem occupasse idem §. 4. 5 tradit, a Cois quod Alexandri duces auxilio vocatos esse 3. 2, 6 narrat, eodem modo ad studium depellendae aut optimatium aut tyranni potentiae

videtur referendum esse. Neque aliam urbium lesbiacarum reliquarum, Antissae, Eresi, Methymnae, conditionem fuisse eis ostenditur, quae de tyrannis earum paullo post captis atque ad Alexandrum deductis narrantur. Nam Hegelochus et Amphoterus, Alexandri duces, cum classem a. 332 denuo collegissent et instruxissent, Chii et Coi imperium optimatium, Antissae, Eresi, Methymnae tyrannorum everterunt, Hegelochus vero optimates illos tyrannosque captos ad Alexandrum in Aegyptum deduxit (Arrian. 3. 2, 5. Curtius 4. 5, 14 sqq.), qui optimates Chiorum in Elephantinen insulam removeri, tyrannos urbibus suis puniendos tradi iussit (Arrian. 3. 2, 7. Curt. 4. 8, 11).

Ex his omnibus, quae in unum colligenda esse existimavi, apparet, quam largus fuerit illis Graeciae intermorientis pariter atque olim efflorescentis temporibus proventus tyrannorum, quam crebrae civium, modo popularium, modo optimatium, modo tyrannorum expulsiones et fugae, quam varia eorum, qui dura fugae mala aliquamdiu tulissent, in patriam redeundi et adversarios ulciscendi conamina. Id quod etiam eis luculentissime confirmatur, quae Alexandrum paulo ante quam moreretur Nicanore Stagirita interprete Graecis Olympiae congregatis a. 324 imperasse legimus, ut civitates singulae exsulibus praeter sacrilegos et interfectores omnibus in patrias redeundi potestatem facerent (A. Schaefer de Demosthenis vita et temporibus 3, 1 p. 286 sqq.) Exsulum enim tum Olympiam Nicanoris invitatu plus quam viginti milia convenisse Diodorus 18, 8 testatur.

Ad has vero turbas accuratius cognoscendas cum tituli nonnulli nuper reperti multum luminis insperati adhibeant, eos paullo accuratius pertractare propositum est. Ac primum quidem titulos eresios duo supplere et illustrare studebo, de quorum altero iam in Menstruis soc. lit. gotting. 1863 p. 359 sqq. breviter exposui. Nam cum Alexander Conze, V. Cl., in itinere suo graeco Eresi marmor magnum in tribus lateribus inscriptum reperisset et titulum descriptum secum Gottingam attulisset, benigne eum mecum communicavit et ut eius aliquo modo legendi et interpretandi periculum facerem petiit. Quibus precibus animo lubentissimo obsecutus de rebus, quae eo titulo continerentur, loco dicto breviter exposui atque verba ipsa ita supplevi et distinxi, ut Conzius itineris sui lesbiaci p. 35 sqq. edidit. Sed cum in brevissimo illo commentariolo multa posuerim magis, quam argumentis demonstraverim, quaedam non satis recte

explicaverim, de verbis ipsis eorumque supplementis prorsus nihil dixerim, neque editor, qui a libri sui consilio id alienum esse videret, uberiorem addiderit disputationem, dudum meum esse existimavi ita, ut gravitas tituli requirere ac mereri videretur, et res et verba pertractare. Titulus igitur, cuius literas in lapide adhuc superstites Conzius in tabula libri sui duodecima accurate descriptas dedit, hic est:

I. . . . . πο]λ[ι]ορκηθέ[ντας
. . . . . ἐν τ[ᾷ] πόλι πωνοινομο . . σε καὶ τοὶ[ς πο–
λίται]ς δισμυρίοις στατῆρας εἰσέπραξ[ε καὶ
τοὶ]ς Ἕλλανας ἐλαΐζε[το] καὶ τοὶς βώμοις [κατέ–
σκ]αψε τῶ Δίος τῶ Φιλιππίω καὶ πόλεμον ἔξε[ιν
φ]άμενος πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ τοὶς Ἕλλανας
τοὶς μὲν πολίταις παρελόμενος τὰ ὅπλα ἐξε–
κλάισε ἐκ τᾶς πόλιος πανδάμι, ταὶς δὲ γυνα[ῖ–
κας καὶ ταὶς θυγατέρας συ[λλ]άβων καὶ ἔρξα[ις
ἐν τᾷ ἀκροπόλι τρισχιλ[ί]οις καὶ διακοσίο[ις
στατῆρας εἰσέπραξε, τὰν δὲ πόλιν καὶ τὰ ἶρ[α
διαρπάσαις μετὰ τ[ῶ]ν [λα]ϊστᾶν ἐνέπρησε κα[ὶ
σ[υ]γκατέκαυσε σώματα [τῶν] πολιτᾶν καὶ τὸ τ[ε–
λευταῖον ἀφικόμενος πρὸς Ἀλέξανδρον κατ[ε–
ψεύδετο καὶ διέβαλλε τοὶς πολίταις· κρῖνα[ι
μ]ὲν αὖτον κρύπτᾳ ψάφ[ῳ] διομόσσαντας περ[ὶ
θ]ανάτω, αἰ δέ κε καταψ[αφ]ίσθη θάνατος, ἀντιτ[ι–
μασαμ[έ]νω Ἀγωνίππω τὰν δευτέραν διαφόραν
ποήσασθαι, τίνα τρό[πο]ν δεύει αὖτον ἀποθά–
νην, αἰ δέ κε κα[λ]λαφθέ[ν]τος Ἀγωνίππω τᾷ δίκα
κατάγη τίς τινα τῶν Ἀγωνίππω ἢ εἴπη ἢ πρόθη
περὶ καθόδω ἢ τῶν κτημάτων ἀποδόσιος, κατ[ά–
ρα]τον ἔμμεναι καὶ αὖτον καὶ γένος τὸ κήνω,
κ]α[ὶ] τἆλλα ἔ[ν]οχος [ἔ]στω τῶ νόμω [τῶ] τὰν στάλλαν
ἀνελόντι τὰν περὶ τῶν τυράννων καὶ τῶν ἐκγ[ό–
ν]ων· ποήσασθαι δὲ καὶ ἐπάραν ἐν τᾷ ἐκλησίᾳ ἀ[π–
α]ίσα τῶ μὲν δικάζοντι καὶ πρ[ο]θέντι τᾷ πόλε[ι

π[άντα δίκαια εὖ ἔμμεναι, τοῖς δὲ παρὰ τὸ δίκα[ι-
ο]ν τὰν ψᾶφον φερόντεσσι τὰ ἐναντία τούτων.
Ἐδίκασαν ὀκτωκόσιοι ὀγδοήκοντα τρεῖς· ἀπ[ὸ
ταύταν ἀπέλυσαν ἔπτα, αἱ δὲ ἄλλαι κατεδίκα-
σαν. [. . . . ἐχρημάτι-
σ]εν ὁ δ[ᾶμο]ς περὶ ὧν οἱ πρέσβεες ἀπαγγέλλοισ]ι
οἱ πρὸς Ἀλέξανδρον ἀποσταλέντες καὶ Ἀλέ-
ξανδρος τὰν διαγράφαν ἀπέπεμψε ἀφικομέ-
νων, πρὸς αὖτον τῶν πρότερον τυράννων ἀπογ[ό-
νων Ἡρωίδα τε τῶ Τερτικωνείω τῶ Ἡραείω κα[ὶ Ἀ-
γησιμένεος τῶ Ἑρμησιλείω, καὶ ἐπαγγελλά[ν-
τ]ων πρὸς Ἀλέξανδρον, ὅτι ἕτοιμοί ἐντι δίκ[αν
ὑπόσ[χ]ην πάν[τω]ν τῶν ἐγκαλημένων ἐν τῶ δά[μω,
ε.[ἔδ]ο[ξε] τῶ δάμω· Ἐπειδ[ὴ . . .

Latus posticum:

II, . εν . . . . . . η.λι . . . . ιτη . . . . .
. . . . νλιλι . . . . . . ν Ἀλέξαν[δρος . .
. . . . ἔρρωσ[θε . . .
. . . . οερολλε . . . . .
. . . . . τεδ . . . . λνλ.γσοιχ . . . .
. η . . . . . ντ . . . . κατ[ὰ] τῶν τυρ[άν-
νων [καὶ τῶν ἐ]μ πό[λει οἰκη]θέντων καὶ τῶν ἐκγ[ό-
νων τῶν τούτων] . . . . ι καὶ ταὶς γράφαι[ς
. . ε . . . . . . τὰν ἐκλησίαν· Ἐπειδὴ καὶ [τῶ
δάμω] ὁ βασίλευς Ἀλέξανδρος διαγράφαν ἀπο[σ-
τέ]λλαις π[ροσέτ]αξε [Ἐρε]σίοις κρῖναι ὑπέρ τε
Ἀγω]νίππ[ω κ]αὶ [Εἰρυσιλά]ω, αἰ [δ]εῖ πάρην αὖτοις
τὰν δίκαν, ἀκο]ύ[σ]αις τὰν διαγράφαν δικαστήριο[ν
ἐ]καλ]έσα[τ]ο κατὰ τοὶς νόμοις, ὃ ἔκριν[ν]ε Ἀγώνι[π-
πο]μ μὲν καὶ Εἰρυσί[λαο]ν τε[θν]άκην, τοῖς δὲ ἀπογ[ό-
νοις αὖτω]ν ἐνόχοι[ς ἔμμε]ναι τῶ νόμω τῶ ἐν τᾶ
σ]τάλλα τά [τ]ε ὑπάρχοιτα πεπρᾶσ[θ]αι αὖτων κατὰ
τ]ὸν νόμον, ἐπιστέλλ[αντος] δὲ Ἀλεξάνδρω καὶ ὑ-

πὲρ τῶν Ἀπο[λ]λ[οδ]ωρε[ίων] καὶ τῶν κασιγνήτων τῶ Ἕρμωνος καὶ Ἡραίω, τῶμ πρότερον τυραννησάντων τᾶς πόλιος, καὶ τῶν ἀπογόνων αὔτων κ[ρῖναι τὸν δᾶμον, πότερο[ν δόκ]ει καταπορεύεσθ[αι αὔτοις ἢ μή, [ὁ δ]ὲ δᾶμος ἀκούσαις τὰς διαγράφα[ς δικαστή[ρ]ι[ό]ν τε αὔτοισι συνάγαγε κατὰ τὸν [νόμο]ν καὶ τὰν διαγράφαν τῶ βασίλεος Ἀλεξάνδρ[ω, ὃ ἔ]γνω λό[γ]ων ῥηθέντων παρ' ἀμφοτέρων τόν τε ν[όμο]ν τὸν κατὰ τῶν τυράννων κύριον ἔμμεναι κα]ὶ φ]εύγην αὔτοις καὶ [τὰ]μ π[όλιν]· δεδόχθαι τῶ δάμ[ω, κ]ύριομ μὲν ἔμμεναι κατὰ [τῶν] τυράννων καὶ τῶ[ν ἐ]μ πόλι οἰκηθέντων καὶ τῶν ἀπογόνων τῶν το[ύτ]ων τόν τε νόμον τὸμ περὶ [τ]ῶν τυράννων γεγρα[μμ]ένον ἐν τᾶ στάλλα [σ]ύ[μπαντ]α καὶ ταὶς διαγράφ]αις τῶν βασιλέων ταὶς κατὰ τούτων καὶ τὰ ψαφ]ίσματα τὰ πρότερον γραφέντα ὑπὸ τῶν προγ[όν]ων καὶ ταὶς ψαφοφόραις ταὶς κατὰ τῶν τυράννων· [αἰ δ]έ κέ τις παρὰ ταῦτα ἁλίσκηται τῶν τυράννων τῶν ἐμ πόλι οἰκηθέντων ἢ τῶν ἀπογόνων τῶν τ[ούτ]ων τις ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰν γᾶν τὰν Ἐρεσίων [ἢ ὑπο]δύων α[ὖθι]ς βουλεύσασθαι καὶ πρ[όθη περὶ τῆς στ]άλλ[ας . . . .

III.

. . . . . [τῶ μὲν δικάζο]ντι καὶ προθέντι τᾶ] πόλει καὶ τοῖς ἄστο]ισι τὰ δίκαια εὖ ἔμμε]ναι καὶ αὔτοισι καὶ] ἐκγόνοισι, τοῖς δὲ πα]ρὰ τοὶς νόμοις κα[ὶ τὰ δίκαια δικαζόντεσσι τὰ ἐναντία, ὄμνυν δὲ τοὶς πολίτ[αις

τοὶς δικάζοντας· [ἦ
μ]ὰν δικάσσω πάν[τα,
ὄσσα μὲν ἐν τοῖσ[ι νό-
μ]οισι ἔνι, κατ τοὶ[ς νό-
μο]ις, τὰ δὲ ἄλλα ἐπ[ικ-
ρ]ίναις ὡς ἄριστα κ[αὶ
δ]ικαίτατα, καὶ τιμά-
σ]ω, αἴ κε κατάγνω, ὀρθῶ[ς
κ]αἰσίως. οὕτω ποήσω
ναὶ μὰ Δία καὶ Ἄλιον.

Ἐπὶ] Φιλίππω.

Αἱ μὲν κατὰ τῶν φυγά-
δων κρίσεις αἱ κριθε[ῖ-
σαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου
κύριαι ἔστωσαν καὶ
ὧ]ν κατέγνω φυγὴν φε[υ-
γ]έτωσαμ μέν, ἀγώγιμο[ι
δὲ μὴ ἔστωσαν.

Πρότανις Μελίδωρος.

Βασιλεὺς Ἀντίγονος
Ἐρεσίων τῇ βουλῇ
καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.
Παρεγένοντο πρὸς ἡ-
μᾶς οἱ παρ' ὑμῶν πρέ[σ-
β]εις καὶ διελέγοντ[ο,
φάμενοι τὸν δῆμον
κομισάμενον τὴν παρ' [ἡ-
μῶν ἐπιστολήν, ἣν ἐγρ[ά-
ψ]αμεν ὑπὲρ τῶν Ἀγωνίπ-
π]ου υἱῶν, ψήφισμά τε πο-
ήσ]ασθαι,} ὃ ἀνέγνωσα[ν
ἡμῖ]ν, καὶ αὐτοὺς ἀπε-
. . . . ασ . . .

Marmor ravi coloris permagnum, nunc 0.65^{m} altum, latum 0.48, crassum 0.24 ab inferiore parte, a superiore 0.23, Conzius in ecclesia S. Irenae sacra pagi hodierni Erissos a se repertum dicit, sed nuper demum eo translatum esse, antea in ecclesia Panagiae *ἐς τὰ χλιαρά* fuisse, cuius ruinas haud procul ab urbis antiquae parietinis sitas esse. Latus angustum alterum literas non habere inscriptas, alterius integras et perspicuas fere omnes esse, superficiem vero lateris latioris postici detritam ita, ut literae permultae prorsus exstinctae sint. In quovis vero latere inscripto lineis diligentissime incisis quadra parvula ita effecta sunt, ut literae singulae in eis scriptae per ordines accurate dispositae habeantur, nisi quod sub finem versuum interdum, ut spatium literas vocabuli alicuius omnes capiat, vel quadra binas literas (*ΙΣ* maxime et similes) continent vel fines quadrorum migrantur. Atque hanc illis temporibus fere consuetudinem in urbibus lesbiacis fuisse dixeris, cum eadem ratione titulum mytilenaeum, qui est in Corp. inscr. graec. 2166, scriptum esse H. Kieperto auctore Boeckhius vol. 2 p. 1023 referat.

Cum eis vero, quae in latere antico huius lapidis scripta esse vidimus, artissime cohaeret alius titulus, quem ab H. Kieperto in metochio S. Lucae sive *σιὸν χριστόν* prope parietinas Eresi antiquae repertum Boeckhius in Corp. inscr. graec. vol. 2 p. 1023 n. 2166. b publicavit, deinde vero A. Conze etiamtunc ad puteum illius metochii iacentem iterum descripsit et itin. lesbiaci p. 29 edidit. Is lapidem marmoreum ravi coloris esse tradit, altum 0.54^{m}, latum 0.22, crassum 0.47, a superiore et dextra parte integrum, neque a sinistra multum periisse ut existimemus eo titulo, quem supra adscripsi, collato effici recte addit.

Titulus igitur his collatis inter se apographis sic videtur fuisse scriptus:

IV.

τὰ ὅ]πλα τοὶς [ἄστοις
ἐξ]εκλάισε ἐκ τᾶς [πό-
λι]ος πανδάμι, ταὶ[ς
δ]ὲ γυναῖκας καὶ τ[αὶς
θ]υγατέρας συλ[λάβων
ἔ]ρξε εἰς τὰν [ἀκρόπο-
λ]ιν καὶ εἰσέ[πραξε
δισχιλίοις καὶ δι[α-

κοσίοις στατῆρας. τὰ[ν
δὲ πόλιν καὶ τὰ ἶρα
ἀρ]πάσαις μετὰ τῶν
λ]αϊστᾶν ἐνέπρησε
κ]αὶ συγκατέκαυσε
σ[ώματα τῶν πολι[τᾶν,
κ]ρίνναι μὲν αὔτον
κ]ρύπτᾳ Ἀγώνιππ[ον
κ]ατὰν διαγράφαν τ[ῶ
β]ασίλεως Ἀλεξάνδ[ρω
κ]αὶ τοὶς νόμοις· [αἰ
δ]ὲ καταψαφίσθῃ
αὔτω θάνατος, [ἀντι-
τι]μασαμέν[ω Ἀγωνίπ-
π]ω τὰν δευτέραν [κρί-
σ]ιν ποήσασθαι δια-
ν]ειρωτῶντας, τίνα
τ]ρόπον δεύει αὔτο[ν ἀ-
π]οθάνην, λαβέσθαι δ[ὲ
κ]αὶ συναγόροις τὰ[μ
πόλιν δέκα, οἵ τινε[ς
ὀ]μόσσαντες Ἀπό[λλω-
ν]α Λύκειον σ[υνα-
γ]ορήσοισι [οὕτως,
ὥς] κε δύνα[ιντο.

Quorum nonnulla cur sic potissimum restituenda esse iudicaverim, posthac explicandum est; nunc unum addo. Quod enim Conzius dicit literas versuum omnium accuratissime per ordines dispositas esse (*στοιχηδόν*), ita tantum verum est, ut in versibus haud paucis sub finem singulae, aliquando etiam binae literae additae numerum quinarum denarum, quot in plerisque sunt, excedant. Id quod et alterius tituli et utriusque apographi testimoniis certissime confirmatur.

Sed ut hi tituli penitus intelligantur, paulo uberiore disputatione opus est. Ac primum quidem de mutationibus rerum publicarum, quas Eresi evenisse ex

eis cognoscimus, exponendum est. Philippi temporibus tyrannos rerum potitos fuisse in eisque expellendis Eresios Philippi opibus adiutos esse videtur ararum mentio docere, quas Iovi Philippico cum Eresii gratis animis statuissent, novi tyranni everterunt (tit. I v. 4). Atque cum hac mentione ea coniungenda esse existimo, quae Plutarchus adv. Coloten p. 1126. F tradidit: *τί οὖν εἴ τι τοιοῦτον ἐπέπρακτο αὐτοῖς, οἷον Ἀριστοτέλει, τὴν πατρίδα κτίσαι διεφθαρμένην ὑπὸ Φιλίππου, Θεοφράστῳ δὲ δὶς ἐλευθερῶσαι τυραννουμένην;* et in dialogo, cui inscripsit: *ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ᾽ Ἐπίκουρον,* p. 1097. B: *τίνας οὖν οἰόμεθα καὶ πηλίκας ἡδονὰς εἶναι — Ἀριστοτέλους, ὅτε τὴν πατρίδα κειμένην ἐν ἐδάφει πάλιν ἀνέστησε καὶ κατήγαγε τοὺς πολίτας; τίνας δὲ Θεοφράστου καὶ Φειδίου τοὺς τῆς πατρίδος ἐκκοψάντων τυράννους;* Nam cum Theophrastus Diogene Laertio auctore 5, 40 annos octoginta quinque vixerit et a. 288|7 teste Apollodoro apud eundem Diogenem 5, 58 mortuus sit, eum anno fere 373 natum esse intelligimus (cf. Zeller. hist. philos. gr. 2, 2 p. 641), ita ut nihil obstet, quominus eum plus minus triginta annos natum in tyrannis patriae opprimendis dignam platonica disciplina fortitudinem et libertatis amorem ostendisse credamus. Similiter enim Platonis discipuli etiam alii tyrannos interfecisse vel expulisse dicuntur, ut Dio Syracusanus Dionysium, Pytho et Heraclides Aenii Cotyn, Chio et Leonidas Heracleenses Clearchum (cf. Bücheler ad Academ. philos. ind. herculan. p. 5). Quis Phidias ille fuerit, quem Plutarchus altero loco cum Theophrasto coniunxit, prorsus latet, nisi forte *Φανίου* s. *Φαινίου* legendum est, ut Phanias Eresius, Aristotelis discipulus, intelligatur. Nam adolescentem eum consiliorum Theophrasti facile participem esse potuisse dixeris, quem circa a. 336 (Ol. 111, 1) innotuisse Suidas tradidit (cf. Eberti dissert. Sicul. p. 80 sq. et Zeller. hist. philos. gr. 2, 2 p. 722). Id quidem dubitari vix potest, quin tyranni, quos Theophrastus evertisse traditur, eversos feliciter esse Eresii aris Iovi Philippico positis testabantur, ei fuerint, quorum deinde tituli I v. 37 et II v. 19 sqq. mentio facta est. Ac cum posteriore loco Hermo et Heraeus olim tyranni ipsi fuisse dicantur, priore ei nominantur, qui cum cognatione illos attingerent Alexandrum precibus suis adierant: de quorum nominibus ad eum locum accuratius dicendi opportunitas erit. Sed praeter Hermonem et Heraeum etiam tertii memoria tyranni, Apollodori, videtur in voce latere, quae est *τῶν Ἀπολλοδωρείων*: nam sic scriptum olim fuisse quin recte Th. Bergkius viderit (quod

in scheda quadam A. Conzii adnotatum reperi), dubitari non potest. Utrum igitur uno eodemque tempore tres illos iura tyrannidis inter se partitos fuisse sumendum, uti Agonippum et Erysilaum Alexandri temporibus communem eam habuisse videbimus, an diversis illos temporibus imperio potitos fuisse existimandum sit, id qua ratione quibusve argumentis certo dignosci possit, non video. Nisi quod δὶς, quod Plutarchus habet, videtur eo deducere, ut de diversis temporibus cogitemus. Atque ad tyrannos Philippi temporibus expulsos retulerim etiam ea, quae II v. 33 scripta sunt: καὶ τὰ ψαφίσματα τὰ πρότερον γραφέντα ὑπὸ τῶν προγόνων καὶ ταὶς ψαφοφόραις ταὶς κατὰ τῶν τυράννων. Neque enim qui Alexandro etiamtunc vivo haec scripserunt maiores suos facile eos vocare poterant, qui Alexandri temporibus tyrannos everterant, sed cum ea adderent, ex parte certe de tempore videntur aliquanto remotiore cogitavisse. Ad Philippum denique et Alexandrum recte referemus numerum pluralem, qui est II v. 33 ταὶς διαγράφαις τῶν βασιλέων.

Quod vero Eresios Philippo regi tum, cum ab eo adiuti tyrannos eiecissent, gratum animum testificaturos aras Iovis Philippici posuisse dixi, inde verum esse patet, quod ita tantum explicatur, quomodo factum sit, ut Agonippus restituta tyrannide aras illas everteret. Atque eodem modo supra vidimus Arriano teste Ephesi ab eis, qui optimatium imperium restituerant, statuam Philippi eversam esse. Similibus vero honoribus Philippum etiam aliis locis affectum esse legimus: ut Arcades aeneas eius statuas posuisse Demosthenes dicit 19 §. 261, porticum magnam in foro ab eo nominatam Megalopolitanos exstruxisse Pausanias 8. 30, 6 narrat, statuam etiam ab Atheniensibus decretam esse idem refert (1. 9, 4). Ac quamquam deum in Graecia ab homine aliquo, quem honorari vellent, cognominatum esse alio, quod quidem sciam, exemplo non constat, nihil tamen in ea re, quod valde mireris, deprehendi videtur.

Haud multis vero annis post exstiterunt, qui tyrannide potirentur, Agonippus et Erysilaus. Nam quamquam in tituli prioris parte antica et in titulo altero de Agonippo tantum sermo est, Erysilaum tamen in parte prioris postica cum Agonippo v. 12 et 15 ita coniungi videmus, ut causam utriusque unam eandemque fuisse appareat. Neque vero eos tum demum rebus potitos esse, cum Memnon a. 333 urbes lesbiacas ad Persarum partes se applicare cogeret, ex eis intelligimus, quae in oratione demosthenica de foedere Alexandri

(si quidem Demosthenis est) §. 7 leguntur: *ἀλλα γὰρ εἴποιεν ἂν οἱ τυραννίζοντες οὗτοι, ὅτι πρὶν τὰς συνθήκας γενέσθαι ἐτυράννουν Μεσσήνης θἱ Φιλιάδου παῖδες· διὸ καὶ καταγαγεῖν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτούς. ἀλλὰ καταγέλαστος ὁ λόγος, τοὺς μὲν ἐκ Λέσβου τυράννους, οἷον ἐξ Ἀντίσσης καὶ Ἐρέσου, ἐκβαλεῖν ὡς ἀδικήματος ὄντος τοῦ πολιτεύματος, τοὺς πρὸ τῶν ὁμολογιῶν τυραννήσαντας, ἐν δὲ Μεσσήνῃ μηδὲν οἴεσθαι διαφέρειν τῆς αὐτῆς δυσχερείας ὑπαρχούσης.* Antequam igitur Alexander foedus a patre cum Graecis Corinthi ictum denuo sanxit et civitates etiam, quae in insulis maris aegaei essent, eo complexus est, tyranni illi, quos Alexander eiecisse dicitur, Eresi exstiterant. Atque Memno ob id ipsum facile in illis urbibus, quod vellet, impetravisse videtur, ut foedere cum Alexandro et Graecis soluto ad Persas transirent, quod tyranni, Eresi Agonippus et Erysilaus, Methymnae Aristonicus, tutiores se Darei praesidio quam Alexandri foedere esse existimarent. Erysilai vero, nisi fallor, memoria etiam apud Curtium resuscitanda est. Nam quae 4. 8, 11 etiam E. Hedicke nuper reliquit: *tyrannos* (Alexander), *inter quos Methymnaeorum Aristonicum et Chrysolaum, popularibus suis tradidit:* ea in codicibus manuscriptis sic non habentur, sed *Chrysolai* nomen Vindelini Spirensis coniecturam secuti editores omnes dederunt. Si Hedickium sequimur, codd. optimi omnes, bernensis, florentinus, leidensis, parisinus, vossianus, habent *ersilaum*, Zumptius p. 551 in florentinis duobus *erisiliaum*, duobus *crisiliaum* esse testatur, veram ille lectionem miro sane modo miratus iam in editione principe esse. Nimirum Vindelinus id, quod in duobus florentinis est, *crisiliaum*, secutus *Chrysolaum* scripsit, quem hoc uno loco teste Methymnaeorum tyrannum fuisse credendum esset, cum Aristonicum solum et Arrianus 3. 2, 4. 5 et Curtius ipse 4. 5, 19 sqq. nominent atque Polyaenus etiam 5. 44, 3 nominasse recte existimetur (cf. C. G. Boehneckii quaestiones de hist. orat. att. 1 p. 650. A. Schaefer Demosth. 1 p. 435 et 3, 1 p. 157). Nunc, postquam in hoc titulo, quem tractamus, *Erysilai* nomen comparuit, dubitari non potest, quin idem in codicum lectione lateat et Curtius errore Methymnaeorum tyrannum dixerit, quem Eresiorum deberet, nisi inter vv. quae sunt *et* et *Erysilaum* excidisse credimus: *Eresiorum Agonippum et.* Nomen ipsum, quod non magis quam *Χρυσόλαος* alio loco ullo reperitur, ea ratione formatum est, quam nuper accuratissime Vil. Clemm illustravit (de compositis graecis, quae a verbis incipiunt p. 105 sqq.). Conferri possunt *Ἀθηναίη*

ἐρυσίπτολις in hymn. hom. 11, 1. 28, 3 et Ἀθηναίη ῥυσίπτολις Iliad. *Z* 305, quod I. Bekkerus ibi scholia secutus restituit, sed hymnorum auctoribus lectio vulgata ἐρυσίπτολις placuerat. Alia forma, sed eadem vis est nominis Ἐρύλαος apud Hom. Il. *Π* 411, quod Heynio auctore et Buttmannus lexil. 1 p. 148 et Bekkerus probaverunt.

Tunc vero, cum Agonippus et Erysilaus principatum obtinerent, videntur cum civibus, quibus id conditionibus fieret, pacti esse: nam ita tantum explicari possunt, quae I v. 24 leguntur: *καὶ τἆλλα ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ τῷ τὰν στάλλαν ἀνελόντι τὰν περὶ τῶν τυράννων καὶ τῶν ἐκγόνων.* Quanquam enim postea etiam legem hic commemoratam in pila inscriptam esse II v. 29 sqq. docent: *κύριον ἔμμεναι κατὰ τῶν τυράννων — τόν τε νόμον τὸμ περὶ τῶν τυράννων γεγραμμένον ἐν τᾶ στάλλᾳ* (cf. II v. 16: *τῷ νόμῳ τῷ ἐν τᾶ στάλλᾳ*), tamen hanc pilam ab ea, quae priore loco intelligitur, prorsus diversam esse per se manifestum est: nam hac lege antiquata sunt ea, quae pactione illa inter cives et tyrannos facta constituta erant. Conferri igitur aliquo modo cum ea pactione possunt, quae inter Lygdamin et Halicarnassenses aliquando convenisse titulo docemur, quem a C. T. Newtono (A history of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae 2 p. 671 sqq.) primum editum in Menstruis soc. lit. gotting. 1863 p. 303 sqq. accuratius tractavi. Cum altera lege, quae contra tyrannos lata est, cf. quae Thucydides dicit 6, 55: *ὡς ὅ τε βωμὸς σημαίνει καὶ ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας*, ubi de Pisistratidis sermo est.

Cum deinde Alexander patri successisset atque Persis bellum illaturus etiam civitates, quae in insulis ad oram Asiae sitis erant, provocaret, ut foedus inter se et Graecos ictum sancirent, tyranni Eresiorum inviti illi quidem, sed voluntati civium et necessitati cedentes socii Alexandri et Graecorum facti sunt: hanc enim formulam usurpatam esse Arrianus 2. 2, 2 ostendit: *τὰς στήλας τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς Ἕλληνας γενομένας.* Sed cum Memno cum classe Persarum accessisset, etiam antea ille cum Aristonico, Methymnaeorum tyranno (Polyaen. 5. 44, 3), fortasse etiam cum Agonippo et Erysilao amicitia iunctus, lubenti animo quod petivit fecerunt. Ac tum probabile est ea facta esse, quae in parte antica tituli prioris et titulo posteriore Agonippus deliquisse arguitur. Ac prima quidem verba ad milites mercennarios rettulerim, quos Alexander urbem et a Persarum incursionibus tutam praestaturus et in sua potestate reten-

turus eo miserat, pariter atque Mytilenen misisse Arrianus 2. 1, 4 tradit. Hos igitur a Memnone adiutus obsidione cinctos oppressit (aoristi, qui quid iis fecisset indicaverit, literas postremas σε in v. 2 agnosco, verbum ipsum quod fuerit non invenio), a civibus vero grandem pecuniam extorsit (nam τοὶς δὲ πολίταις et numero literarum et sententiae ratione satis firmatum existimo) et aras Iovis Philippici evertit. Quod vero de Graecis dicitur praedatus esse, videntur incolae civitatium finitimarum intelligendi esse. Deinde contra Alexandrum et Graecos (haec formula videtur ad eandem, quam in foedere antea usurpatam esse vidimus, spectare) bellum et ipse gesturus cives aliud sentientes urbe pepulit, a mulieribus pecuniam exegit, cum mercennariis a Memnone relictis (hi enim videntur λῃσταὶ esse, de quibus v. 12 sermo est: cf. cum eis, quae ad Demosth. or. 4 §. 23 adnotavi, Arrian. 3. 2, 4 qui Aristonicum Methymnaeorum tyrannum ξὺν ἡμιολίαις λῃστρικαῖς πέντε in portum Chiorum delatum esse narrat) urbem praedatus incendit. Sed paulo post ab Hegelocho urbe recepta comprehensus et ad Alexandrum deductus est (cf. Arrian l. d., neque enim tantum Aristonicum deductum esse verba τους τυράννους τοὺς ἐκ τῶν πόλεων §. 7 ostendunt). Hic vero mendaciis quibusdam se ipse Alexandro purgare et Eresiis invidiam conflare conatus est, sed Alexander et Agonippum Eresiis puniendum tradidit et quae ille commentus erat cum eis (fortasse per legatos, qui I v. 33 commemorantur) communicasse existimandus est.

Tum igitur Eresii, qui Agonippo et Erysilao abductis et populari imperio restituto statim pactionem inter populum et tyrannos illos factam sustulerant et legem de tyrannis ipsis eorumque posteris perpetuo exsilio puniendis bonisque publicandis sanxerant, populiscito constituerunt, ut Agonippus rerum capitalium reus fieret eaque causa in iudicio prorsus ex legum praescriptis ageretur. Cur vero de Agonippo tantum sermo fiat, Erysilaus, qui postea ita cum Agonippo coniunctus est, ut utriusque causa vel eadem vel simillima fuisse videatur, prorsus omissus sit, nescio, nisi quod non uno eodemque iudicio eorum causas agendas visas esse, itaque diversis etiam populiscitis quid eis faciendum videretur constitutum esse suspicari possis.

Sed quomodo factum esse dicemus, ut eiusdem populisciti duo exempla in duobus lapidibus inscripta publice proponerentur? Nam quae in lapide altero leguntur, praeter leviora quaedam dictionis discrimina (1: ἔρξε — καὶ εἰσέπραξε,

2: καὶ ἔρξας — εἰσέπραξε. — 1: κρίσιν, 2: διαφόραν. — διανειρωτῶντας in priore deest) ita tantum a priore differunt, ut 1. in priore a mulieribus tria milia ducentos stateras Agonippus extorsisse dicatur, in altero duo milia ducentos, 2. desint in altero, quae in prioris v. 13 adduntur: καὶ τὸ τελευταῖον ἀφικόμενος πρὸς Ἀλέξανδρον κατεψεύδετο καὶ διέβαλλε τοὶς πολίταις, 3. in priore legantur v. 16: κρύπτᾳ ψάφῳ καὶ ὀμόσσαντας περὶ θανάτω, in altero nihil nisi κρύπτᾳ addatur, 4. contra in priore non habeantur, quae in alterius v. 17 subiuncta sunt: κατὰν διαγράφαν τῶ βασίλεως Ἀλεξάνδρω καὶ τοὶς νόμοις, 5. item, quae in altero inde a v. 27 de decem causae actoribus publice eligendis constituta sunt, in priore desiderentur. Quae inde a v. 20 in priore addita sunt, num in posteriore aliquando extiterint, certe dici id quidem non potest, sed verisimile est. Nam si discrimina diligenter consideramus, efficitur, ut in posteriore lapide ea perscripta esse existimemus, quae, cum Agonippus ab Alexandro traditus esset (v. 17), de causa agenda populus sciverat, in parte vero antica prioris addita quaedam censeamus, quae cum causa in iudicium venisset in actione ipsa demum actores protulerant vel iudices censuerant. Ea vero, quae de liberis posterisque Agonippi nunquam Eresum revocandis dicta sunt, non opus erat a iudicibus decerni, sed cum lege constituta essent, a populo ipso etiam antequam causa ageretur addi poterant.

Nam ut ad lapidem priorem revertamur, in eo ex ordine temporum perscripta esse intelligimus, quaecunque Eresii de tyrannis eorumque familiis identidem vel in iudiciis vel in contionibus decreverant.

Ac primum quidem additur, qui numerus iudicum fuerit, cum Agonippi causa ageretur, et quot ex eis reum condemnaverint, quot absolverint. Deinde vero ex eis quae sequuntur colligimus, ab Alexandro aliquando, cum Hermonis et Heraei, qui prius tyranni eius urbis fuerant, posteri interventu eius reditum in patriam impetrare studerent, Eresios causam illorum recognoscere iussos esse. De qua re Alexander et coram cum legatis Eresiorum egisse et literas ad senatum populumque eorum dedisse dicitur. Illud prius coniicio tum factum esse, cum Eresii Agonippo et Erysilao ab Hegelocho abductis et libertate restituta gratiam dicere Alexandro vellent.

Tum igitur Eresii causam illam recognoverunt neque vero ea, quae olim iudicata erant, resciderunt. Ac primum in eis, quae versum quadragesimum

primum secuta sunt, populiscitum de iudicio, quod causam hominum illorum recognosceret, constituendo perscriptum fuisse verba *ἔδοξε τῶ δάμω* arg nt. Deinde verisimile est ea, quae in iudicio illo iudicata essent, addita fuisse. Eis vero, quae in latere postico habentur, inde a v. 9 populiscitum contineri apparet Eresiorum, quo coniuncta erant, quae de Agonippo atque Erysilao et de Hermonis Heraeique posteris ex iudiciorum secundum legum praescripta convocatorum decretis populus in contione sanxerat. Ac cum et in eis, quae de Agonippi iudicio referuntur, et in eis, quae de Hermonis et Heraei cognatis populo placuisse dicuntur, populus se Alexandri impulsu actiones institui iussisse dicat, de qua re in populiscito partis anticae nihil legimus, quam obnoxium se regi senserit esse, facile intelligimus. Neque videtur esse improbabile, populiscitum eo maxime consilio his verbis conceptum esse, ut Alexandro mitteretur. Si vero quaeritur, quid ante v. 9 scriptum in lapide fuerit, inter prius illud de iudicio constituendo populiscitum et hoc, de quo diximus, vix aliud quidquam quam brevis mentio sententiae in iudicio pronuntiatae locum habere potuit. Sed cum *ἔρρωσθε*, quod vix dubitari potest quin in v. 3 scriptum fuerit, postulet, ut de literis cogitemus ad Eresios datis, videtur sumendum esse, literas illas Alexandri de Hermonis et Heraei cognatis ad verbum inscriptas fuisse, eodem modo quo deinde Antigoni epistolam in latere lapidis angusto scriptam videmus. Quodsi veri simile est literas Alexandri populiscito priori additas fuisse, inter partem lapidis anticam, in qua extrema initium populisciti scriptum fuit, et partem posticam haud ita multa intercidisse existimabimus. Nam populiscitum, quod in hac parte postica scriptum fuit, ad id tempus pertinuisse, quo primum de Agonippo et Erysilao ab Alexandro traditis Eresi iudicatum est, neque de tempore aliquo posteriore, quo Alexander hanc causam retractari voluerit, cogitandum esse, eis evincitur, quae v. 11 leguntur, ubi non de Agonippi atque Erysilai filiis, sed de hominibus illis ipsis Alexander Eresios iudicare iussisse dicitur, neque iudices v. 14 sq. prius aliquod iudicium secundum leges factum esse censuisse et confirmasse perhibentur, sed ea ipsa iudicasse dicuntur, quae populiscito in parte priore lateris antici scripto populus se iudicari velle indicaverat.

Ad aliud vero tempus referenda ea esse intelligimus, quae in latere angusto leguntur. Nam quae inde a v. 21 habentur, ita comparata sunt, ut de

Nicanoris Stagiritae mandatis cogitari oporteat. Diod. 17, 109: *ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τῶν Ὀλυμπίων ὄντων ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς φυγάδας πάντας εἰς τὰς πατρίδας κατιέναι πλὴν τῶν ἱεροσύλων καὶ φονέων.* 18, 8: *τοῦ κατελθεῖν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας ἡμεῖς ἐσόμεθα* (sc. *αἴτιοι*), *πλὴν τῶν ἐναγῶν.* cf. Grauert anal. hist. et philol. p. 234 sqq. A. Schaefer Dem. 3, 1 p. 287. Plerasque civitates obsecutas esse idem Diod. 18, 8 et Curtius 10. 2, 5 tradiderunt: *Et Graeci haud ausi imperium aspernari, quanquam solvendarum legum id principium esse censebant. bona quoque, quae extarent, restituere damnatis.* Nonnullae tamen civitates per legatos Babylonem missos cum Alexandro de exsulibus vel omnibus vel quibusdam non recipiendis egerunt, teste Diod. 17, 113: (*Ἀλέξανδρος ἐχρημάτισε*) *πέμπτοις τοῖς ἀντιλέγουσι περὶ τῆς καθόδου τῶν φυγάδων.* Atque in his etiam Eresios fuisse concluserim ex ea ratione, qua hic Alexandri de exsulibus decreta rata habentur et quibusdam reditus ab eo non permissus esse dicitur. Nam quae v. 22—28 continentur, brevis summa populisciti tum facti videntur esse. Cum vero reditus exsulum atque restitutio bonorum animos civium valde excitaret, permulta in iudicium venirent, denique ut in sententiis a iudicibus pronuntiatis omnes acquiescerent diligenter cavendum esset, etiam iusiurandum iudicum, quod in latere angusto legitur (v. 9 sqq.), eo tempore conceptum esse et precum in contione faciendarum formulam novam (v. 1 sqq.) propositam coniicio. Conferri potest cum iureiurando *ὀμόσσαντας*, quod I v. 16 additum est, et cum precibus similis formula I v. 26 sqq. commemorata.

Pervenimus ad postremam partem eorum, quae in lapide exstant. Nam filii Agonippi, qui inter exsules ab Alexandro non restitutos fuerant, Antigonum regem precibus adierant, ut reditum in patriam ipsis impetraret. Qui cum ad senatum populumque Eresiorum literis datis causam eorum commendasset, Eresii ne tum quidem veniam dederunt, sed pariter sine dubio, atque antea eos in simili causa egisse vidimus, iudicio constituto, cuius sententia exsilii poena confirmaretur, populiscito (v. 40) id sanxerunt. Nam ita tantum videtur explicari posse, quod legati ad Antigonum missi et denuo literae a rege ad Eresios datae esse dicuntur. Uter vero Antigonus intelligendus sit, Unoculusne, qui a. 306—301 regnavit, an Gonatas, qui a. 278—239 rex fuit, dubitari potest, sed si Agonippum a. 332 Ereso pulsum mortuumque esse reputamus, de Antigono I Unoculo cogitandum esse multo verisimilius est.

Inde titulum, de quo agimus, extremis annis saeculi ante Christum natum quarti scriptum esse apparet atque illud ipsum, quod exsules illi denuo in patriam redeundi veniam impetrare frustra studuerant, in causa fuisse existimandum est, ut ea omnia, quae ad Agonippi poenam capitalem generisque eius exsilium pertinerent, lapidi inscripta publice proponerentur. Nam si veniam impetrassent filii Agonippi, patrem capite damnatum, filios diuturno exilio multatos esse Eresii quem ad finem publico monumento memoriae proderent?

Postquam ita quaenam sententia mihi eorum, quae in lapide aliquando scripta fuerunt, esse videatur, in universum exposui, pauca de eis, quae supplevi vel mutavi, dicenda esse video. Ac ne quis me in mutandis eis, quae A. Conze in lapide exstare tradidit, nimis audacem fuisse existimet, hic ipse et multa admodum detrita esse nec se luce admodum favente lapidem descripsisse, facile igitur ut aliquando erraret fieri potuisse testatur. Si mutatio vel supplementum certa essent, simpliciter adscripsi, quae in lapide legi posse Conzius testatur.

I, 2. Nunc *τᾶ πόλι* fuisse conieci, cum apud Conzium *πολιτῶν* posuissem, sed *πολιτᾶν* necessarium erat et cives, a quibus viginti milia staterum extorsit, videri mercennariis Alexandri in arce obsessis oppositos esse supra dixi. *τᾶ* vero posui, cum et hic duo tantum quadra inter *ἐν* et *πόλι* exstent et dativis constanter in hoc lapide litera *ι* aeolico more non addatur. Uno tantum loco I v. 16 *κρύπται* manifesto exstat et *ψάφ*[*ωι δ*]*ιομόσσαντας* potius quam *ψάφ*[*ω κα*]*ὶ ὀμόσσαντας* legendum videtur, cum quae Conzius dedit *Φ.ΙΓΙ* valde detrita illa hoc et illud pari facilitate substitui patiantur. Quae III v. 31. 32 leguntur, *τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ,* Antigoni sunt, atticam consuetudinem vel communem secuti. *πόλι* vero, ut hic, etiam II, 30 et 37 habetur, *ἀκροπόλι* I, 10 (cf. Ahrens dial. aeol. p. 103 et 116). Eodem more aeolico I, 8 et II, 21 *τᾶς πόλιος* (cf. I, 22 *ἀποδόσιος*) dictum est. Sed cum III, 3 *τᾶ πόλει* literis omnibus exstet, non dubitavi idem etiam II, 7 supplendo restituere, cum numerus quadrorum sic tantum convenire videretur. Atque eandem formam etiam I, 27 litera *ῑ* addita malui inferre, quam cum Vil. Christ (Sitzungsberichte der k. bayer. Akad. d. Wiss. Philos.-philol. Klasse, 3. März 1866 p. 255) etiam *πόλε* aliquando ab Aeolibus dictum esse existimare: quae forma quomodo media inter *πόλι* et *πόλει* dici potuerit, non intelligo. — 3. *στατῆρας.* Cf. I. Brandis de numis mensuris ponderibus Asiae min. p. 600.

— 4. *ΕΛΛΙΖΕ* . . et *ΤΩΙΣ* — 5. *ΠΑ¯ΓΓΙ.ΚΑΙ* — 5.6. *ΕΞΕ|.ΑΜΕΝΟΣ* De sententia dubitari non potest, sed quo modo expresserit eam, qui populiscitum scripsit, quaeritur. Cogitabam antea de v. *ἐξαράμενος*, sed cum *E* litera in v. 5 certa esse dicatur, aliud nunc supplementum praetuli, quo etiam, quod sub finem versus quadrum antea vacuum manebat, cum in omnibus prope versibus literam habeat, ita expletur, ut *ει* unius quadri spatio, quod sub finem versuum plus semel factum est, contineantur. Quanquam enim reliqui infinitivi in *ην* terminantur: I, 20 *ἀποθάνην*, 40 *ὑπόσχην*, II 12 *πάρην*, 15 *τεθνάκην*, 28 *φεύγην*, tamen tituli exemplo lampsaceni C. I. Gr. 2, 3640 v. 28 *ὑπάρχειν* haec inconstantia defenditur. Agonippus igitur, cum arma civibus eriperet eosque ipsos urbe pelleret, causam praetexebat bellum contra Alexandrum et Graecos instare. — 7. *ΠΛΦΕΛΟΜΕΝΟΣ* — 8. *ἐξεκλάισε* et hic et in lapide altero recte scriptum esse ostendunt, quae L. Ahrens dial. aeol. p. 86 et dor. p. 140 sq. exposuit. — *πανδάμι*] ..*Ν.ΑΜΙ* sed in altero lapide exstat *πανδάμι*. — 9. *ΣΥ* . . *≻ΕΩΝ*, sed in altero *συλλαβων* 11. *ἶρα*] cf. Ahrens dial. aeol. p. 103. — 12. *διαρπάξαις* Conzius in huius lapidis apographo, sed ut *Ξ* incertum esse dicat, in alterius Kiepertus et Conzius *διαρπάσαις*: hoc igitur dedi, coll. Ahrensii libro p. 66. — 15. hic *κρῖναι* scriptum est, in altero lapide *κρίνναι*. Etiam II, 11 *κρῖναι* legitur, ut neque dubitaverim etiam II, 21 *κρῖ*[*ναι* scribere neque III, 31 *ἐπικρίναις* supplere, quanquam II, 14 *ἔκριννε* fuisse quadra arguunt. *στάλλα* vero constanter scriptum est I, 24. II, 17. 33. — 16. *κρύπτᾳ*. In altero lapide *ψάφῳ* omissum est. Cf. de hac suffragia ferendi ratione Lysias 12 §. 91. Demosth. 19 §. 239. Lycurg. §. 146. Hermanni antiqu. publ. Graec. §. 143, 2. Schoemanni opusc. 1 p. 260 sqq. Sed ex hac ipsa praescriptione Eresi utroque modo suffragia in iudiciis ferri potuisse cognoscimus. — *ΨΑΦ.ΓΓΙΟΜΟΣΣΑΝΤΑΣ*: cf. quae ad v. 2 dixi. — 17. *ΚΑΤΑΨ* . . *ΙΣΘΗ* litera *ι* neque hic neque aliis coniunctivis addita, cf. I, 21 *κατάγη*, *εἴπη*, *πρόθη*. Sed in alterius lapidis v. 20 videtur *καταψαφίσθη* scriptum fuisse, omissa etiam particula *κε*, quae utroque loco prioris et II, 36 addita est. — 17. *ἀντιτιμασαμένω Ἀγωνίππω* cum eis, quae sequuntur, coniungenda esse apparet, cum ita tantum de secunda, non tertia, suffragiorum latione sermo esse possit. — 18. *διαφόραν* (in altero lapide est *κρίσιν*) vix alio loco eandem vim habet. Similiter vero Euripides apud Lycurgum §. 100 v. 9: *αἱ δ᾽ ἄλλαι πόλεις πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισ-*

μέναι, quae apud Plutarchum moral. p. 604. D sic interpolata legimus: *πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς*. Cf. etiam II, 35 *ψαφοφόραις*. — 19. *ποήσασθαι*. Sic etiam I, 26. III, 19. 40. Ahrens p. 101. (In lapide *ΠΟΗΣΑΣΘΑΙ*). — *τρόπον δεύει*] *ΤΗΝ . . ΝΔΕΨΕΓ*, sed *τινα . . οπονδευει* in altero lapide Kiepertus et Conzius certo agnosci testantur. *δεύει* vero pro eo, quod *δεῖ* est, aeolice dici non magis mirum, quam *χεύω*, atque *δεύομαι* homericum Buttmannus (gramm. gr. uberr. 2 p. 109) dudum ita interpretatus est, ut primitus *δέϝομαι* fuisse diceret. Cf. C. I. Gr. 2166 v. 32: *αἰ δέ κέ τι ἐνδεύῃ τῶ ψαφίσματος* [*τούτω*. 2189: *ἐν καιροῖς ἐπιμελῄας δευομένοις*. Sappho 2, 15: *τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύην φαίνομαι ἄλλα* (cf. Ahrens in Mus. rhen. 6 p. 362). Adde homericum *ἐδεύησεν* Od. *ι*, 483. 540 (I. Bekker. sched. homer. p. 286). Ahrens dial. aeol. p. 37. Christ fund. phonolog. gr. p. 271. L. Hirzel de dial. aeol. p. 39. Sed ut *χέϝω* effecit, ut *χεύω, χείω, χέω* existerent, sic ex forma illa, quae est *δέϝομαι*, etiam *δείομαι* aliquando videtur factum esse, quod in titulo de munimentis Athenarum a C. O. Müllero edito ter legitur: v. 43 *δείηται*, 58 *προσδείηται*, 50 *δειομένη*. quam formam in plebeculae sermone mansisse ab antiquis temporibus putaverim. — *ΑΥΤΩΝ*. — 20. *ΚΑ . ΛΛΙΩΕ . ΤΟΣ* quomodo aliter emendari possit, nescio, *καλλαφθέντος* non certum esse ipse video. Quae hic in contione populi iubentur, lege nituntur de tyrannis lata (cf. v. 24): quare etiam antequam iudices sententiam de Agonippo tulerunt decerni possunt. — 21. *ἢ εἴπῃ*] *ΝΕΙΠΗ* — 22. *ἢ τῶν*] *ΝΤΩΝ ΑΠΟΛΟΣΙΟΣ* — 26. *καὶ*] *ΚΑΤ ἐκλησία* et hic et II, 9 litera *κ* semel scripta reperitur. Pariter erratum est in lapide attico, de quo U. Köhler Herm. 5, 15 dixit. — 26. 27. *Α*|*.ΙΤΑ* in lapide exstare dicitur. Quid hic scribi potuerit nisi aut *ἀπαίσα* (i. e. *ἀπάσῃ*) aut *ἄπαντα*, non invenio, quorum illud praefero, quanquam in articulo offendere possis. — 27. *προθέντι*] *ΡΑ . ΘΕΝΤΙ* sed *Α* incertum esse dicitur. — 28. *πάντα*]. *ΑΙΤΑ* — 29. *φερόντεσσι*, ut III, 8 *δικαζόντεσσι*. cf. Ahrens dial. aeol. p. 115. — 30. *ΕΔΙΚΑΣΘΗ* — 31. *ΔΕΛΛΑΛΙ* 32. Ante *ἐχρημάτισεν* excidisse puto temporis notationem, quo haec in contione acta essent. Quanquam enim haud multo post ea, quae de Agonippo capitis accusando populus scivit, acta videri supra diximus, aliquo modo tamen tempus indicatum esse verisimile est, neque enim in eadem contione etiam quae sequuntur tractata esse existimaverim. — 33. *σεν*] *.ΓΝ πρέσβεες* certis literis exstat, non *πρέσβηες* (cf.

Ahrens p. 117). *ἀπαγγέλλοισι*] Ahrens p. 72. 129. — 34. *οἱ*] *AI* — 35. *ΔΙΑΓΡΑ-ΦΑΝ* cf. II, 10. 13. 23. 25. 32. Etiam hoc vocabulum indicat Alexandri literas edicti instar Eresiis fuisse. — 36. *τῶν πρότερον τυράννων ἀπογόνων* h. e. *τῶν ἀπογόνων τῶν πρ. τυρ.* Articulum praegresso genitivo, qui articulum habeat, saepe omitti notum est. — 37. 38. *ΗΡΩΙΔΑ* et *ΕΡΜΗΣΙΔΕΙΩ*. Cum nomina eorum, qui hic Alexandrum precibus adiisse perhibentur, aliquam similitudinem referre necesse sit eorum nominum, quae tyrannorum priorum fuisse II, 20 dicuntur, cum Hermone cohaerere iudicamus Agesimenem, Hermesilei filium, ita ut Hermesilaus s. Hermesileos Hermonis sive filius sive frater (*κασιγνήτων* II, 19) fuisse videatur, cum Heraeo Heroiden, Terticonis filium, Heraei nepotem. Terminationem patronymicam $\overline{ιος}$ vel $\overline{ειος}$, quam ab Homero aliisque poetis aliquando usurpatam esse (*Φιλοκτήτης Ποιάντιος υἱός γ*, 190. *Σθένελος Καπανήιος υἱός Δ*, 367. *Τελαμώνιος Αἴας Β*, 528. *τῷ Λαβδακείῳ παιδί* S. Oed. T. 261) notum est, apud Boeotos solennem fuisse L. Ahrens dial. aeolicae p. 158. 215. doricae p. 526 exemplis titulorum diligenter collectis docuit, sed eam ne Lesbiis quidem incognitam fuisse *τῶν Ἀπολλοδωρείων* II v. 19, porro *Ζωΐλω Δαμοδικείω* et *Ἐχεΐδα Θεοκλείω* ostendunt, quae nomina in titulo lesbio in insula Delo reperto habentur (Ahrens dial. dor. p. 495 sqq. = C. I. Gr. 2265. b = Rangabis antiqu. gr. 770), deinde *Ἡφαιστὶς Θεοδωρεία γυνή* apud Conzium itin. lesb. p. 34 (tab. XII, 2) et *Ἀρχίππα Ἀθαναεία* apud eundem p. 17 (tab. IX, 6), neque enim de Archippa Atheniensi cum Conzio cogitandum est, sed de Athanae filia (cf. *Νικάϊος* a *Νικᾶς* derivatum: Ahrens d. aeol. p. 215). Homerum nisi fallor Plato imitatus est Gorg. p. 482. *A: ὁ Κλεινίειος οὗτος*. De Heroidae nomine cf. C. Keil syllog. inscr. boeot. p. 58: nam *Ἡρωΐλας* non videtur ferri posse. Eum filium fuisse Terticonis, nepotem Heraei coniecimus: quam et patris et avi nominandi rationem etiam apud Sophoclem deprehendimus l. d. *τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε καὶ τοῦ πρόσθε Κάδμου τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος* et Herodotum 5, 59: *κατὰ Λάιον τὸν Λαβδάκου τοῦ Πολυδώρου τοῦ Κάδμου*. 7, 11: *μὴ γὰρ εἴην ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος τοῦ Ἀρσάμεος τοῦ Ἀριαράμνεω τοῦ Τεΐσπεος τοῦ Ἀχαιμένεος γεγονώς* (nam quae vulgo interposita sunt inter *Τεΐσπεος* et *τοῦ Ἀχαιμένεος* collatis titulis persicis delenda esse puto). 7, 204 *Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρίδεω τοῦ Λέοντος τοῦ — — τοῦ Ἡρακλέος*. Satis mirum nomen Terticonis est, derivandum illud ut videtur a forma aeolica *τέρτος* (= *τρίτος*: Ahrens dial. aeol. p.

128. Hirzel dial. aeol. p. 61) et comparandum cum nominibus *Πυθικῶν,* quod in titulo erythraeo a Vilelmo Christ (Sitzungsber. l. d. p. 247) edito reperitur, *Ἡρακῶν, Ἀθηνακῶν, Ἀθηνικῶν, Ἀπελλικῶν, Δηικῶν,* de quibus C. Keilius dixit anal. epigr. et onom. p. 231 sqq. Fortasse *Τερτικῶν* cum *Τριτώ* = *Τριτογένεια* cohaeret. — *Ἑρμησιδείω* vero, quod in versu proximo lapis habet, quomodo defendi possit, non video: Hermesilei vero et Hermonis nomina inter se cognata esse intelliguntur ex ea ratione, quam in nominibus unius familiae saepissime apud Graecos usu venisse multi monuerunt (E. Curtius act. menstr. acad. lit. berolin. 1870 p. 162). — 38. *ἐπαγγελλάντων,* ut II, 11 *ἀποστέλλαις.* 18 *ἐπιστέλλαντος:* cf. Ahrens d. aeol. p. 50. 148. — 39. *ἐντὶ*] *ΕΣΤΙ:* quanquam Ahrens p. 146. 208. *ἐντὶ* Doriensibus, fortasse Boeotiis, tribuendum dicit, lesbiacum esse negat, tamen *εἰσι* scribere hic non ausus sum. — 40. *ὑπόσχην πάντων*]. *ΠΟΣ.ΕΟ ΝΝ‾..Ι* Multa mutavi, sed leviorem medicinam non reperi. *ἐγκαλημένων*] Ahrens d. aeol. p. 144 sq.

II, 7. Quae v. 29 sqq. et 36 sqq. leguntur, hunc versum recte suppletum esse ostendunt. — 9. Apodosin, quae huic protasi respondeat, v. 28 sequi apparet: *δεδόχθαι τῷ δάμω.* Ex coniunctione *ἐπειδὴ* aut sententia iudicum, qui vel de Agonippo vel de cognatis tyrannorum priorum iudicare iussi erant, pendere poterat: *ἔκριννε* (v. 14) et *ἔγνω* (v. 26), aut quod Alexandri iussu populus sciverat, ut utrorumque causae in iudicio cognoscerentur (*ἐκαλέσατο* v. 14, *συνάγαγε* v. 24). Sed illud prius factum non est, cum quam iudices sententiam pronuntiarint per enuntiata relativa (*ὃ ἔκριννε* v. 14 et *ὃ ἔγνω* v. 26) referatur, ac ne posterius quidem, qui populiscitum scripsit, haud sane ille sermonis et artis peritissimus, perfecit. Nam in priore parte cum *Ἀλέξανδρος προσέταξε, ὁ δὲ* (sive *καὶ ὁ*) *δᾶμος ἐκαλέσατο* dicere posset, *δὲ* particulam (s. *καὶ*) omisit, in altera parte cum *ἐπιστέλλαντος δὲ Ἀλεξάνδρω ὁ δᾶμος συνάγαγε* requireretur, *δὲ* particulam ad *δῆμος συνάγαγε* addidit. Nam qua alia ratione verba in ordinem redigi possent, ego certe non reperi: omnia enim, quae hic posui, satis certa sunt. — 11. *τε*] *ΤΙ* — 12. *αἰ δεῖ*] *ΤΙ.ΕΙ* *πάρην*] *ΙΓΑ.ΗΝ* Notionem verbi *παριέναι* necessariam esse existimo, itaque *πάρην* (h. e. *παρέμεν, παρεῖναι*) scripsi. Quanquam enim Ahrens d. aeol. p. 141 stirpium unius syllabae infinitivos in *μεναι* exire dicit, tamen neque hic *πάρην* neque I, 40 *ὑπόσχην* evitari posse existimo. Neque in re ipsa videtur eius formationis impedimentum esse,

sed quod exempla non exstant casu evenisse. 14. ἐκαλέσατο] . . . . *ΕΣΑ.Σ* His literis convenientius habere possis καλέσαις participium, sed eo structura etiam magis inconcinna fieret et quadrum versus primum vacuum esset, nam de litera finali v. δικαστήριον in versum proximum transferenda cogitari non potest. Et quanquam καλεῖσθαι εἰς δικαστήριον, πρὸς τὴν ἀρχήν *in ius vocare* alio modo dictum est, tamen in medio videtur offendi non posse, cum iussus id facere ab Alexandro populus sibi id iudicium constitueret. — ὃ] et h. l. et v. 26 quadrorum numerus vincit, ut vulgarem relativi formam, non aeolicam τὸ usurpatam esse credamus. Cf. Ahrens aeol. p. 127. — 15. τεθνάκην. Cf. Ahrens aeol. p. 148. L. Hirzel de dial. aeol. p. 27. Perfectum vero vim praesentis sive aoristi habet, cum non qua poena Agonippus olim affectus sit, sed qua afficiendus esse videatur in iudicii sententia pronuntietur: cf. Buttm. gr. gr. uberr. 2 p. 150 sq. I. Bekker. act. menstr. acad. berol. 1864 p. 89 sq. Eodem modo v. 17 πεπρᾶσθαι dicitur, ut apud Andocid. 1 §. 73: εἰ δὲ μή, τὸ διπλάσιον ὀφείλειν καὶ τα κτήματα αὐτῶν πεπρᾶσθαι. Demosth. 59 §. 17: κἂν ἁλῷ, πεπρᾶσθαι κελεύει. — 19. Ἀπολλοδωρείων καὶ] *ΑΓΟ.Α . . ΩΡΕ . . . ΓΑΙ* Me certam Th. Bergkii coniecturam secutum esse supra dixi. Quinam vero hi Apollodori filii fuerint vel quo cognationis gradu alterum utrum tyrannorum priorum attigerint, nescimus. — 23. ἢ μή, ὁ δὲ] *ΗΜΕ . . Ε* τὰς διαγράφας] vulgaris accusativi forma in lapide hoc uno loco reperitur. — 24. τε non certo posse dignosci Conzius dicit, sed quid aliud scriptum fuerit, non facile est dictu. Videtur igitur illatum esse, quasi ἤκουσε praecesserit. — 26. *ΑΜΦΩΤΕΡΩΝ* cf. I, 19. — 28. καὶ τὰμ πόλιν] *ΚΑΤ . . ΜΠ* . . . . Antea καιτὸν νόμον volebam, coll. III, 29. Sed vel M litera obstat, cf. II, 7 ἐμ πόλει, 15. Ἀγώνιππου μὲν, 20. τῶμ πρότερον, 29. κύριομ μὲν, 30. ἐμ πόλι, 31. τὸμ περὶ, 37. ἐμ πόλι. — 32. σύμπαντα] . *Α* . . . . . *Α* — 35. *ΨΑΦΟΦΟΝΑΙΣ* Formationem insolentem tuetur μισθοφορά: cf. Lobeck ad Phryn. p. 491. — 36. τις negligenter deinde v. 38 iterum positum est. — 38. 39. Ἐρεσίων ἢ ὑποδύων αὖθις] *ΕΡΕΣΙΩΝ . . . | . ΔΥΩΝ Δ . . . Γ* cf. I, 21 sqq.

III v. 2. προθέντι] *ΒΑΘΟΕΝ* . . cf. I, 26 sqq. — 6. τῶ per negligentiam marmorarii propter ea, quae praecedunt, incisum est, cum in hac altera imprecationis parte, ut supra I, 28, pluralis sequeretur. — 10. ὄμνυν] Ahrens de hac verborum in υμι infinitivi forma breviata dial. aeol. p. 141 nihil dixit.

— v. 26 sqq. Cum hoc iure iurando iudicum eresiorum cf. quae de atticorum aliorumque A. Westermannus exposuit in commentatione de iurisiurandi iudicum Atheniensium formula quae extat in Demosthenis oratione in Timocratem. Lips. 1859. — 12. *μὰν*]. *ΑΙ.* — 15. 16. *ἐπικρίναις*] . . | . *ΟΝΙΑΣ* Fortasse *ἐπι* | *κρίννας* legendum est, quanquam haec terminatio participii hoc uno loco admissa esset: cf. I, 12 *διαρπάσαις*, II, 11 *ἀποστέλλαις*, 13 et 23 *ἀκούσαις*. — 17. *δικαίτατα* mutare non ausus sum, sed similitudine aliarum formarum (cf. Buttm. gr. uberr. 1 p. 264) se tueri posse existimavi. — 19. *καὶσίως*]. *ΑΙΔΙΩΣ* Alibi hanc formulam *ὀρθῶς καὶ αἰσίως* non putaverim inventam esse, sed cum in Etymol. M. *αἴσιον* explicetur *μέτριον, δεξιόν, δίκαιον, ἀγαθόν* et *αἴσιος* ab Hesychio *δεξιός, καλός, ἀγαθός, εὐμενής*, recte *αἰσίως* cum *ὀρθῶς* videtur coniungi potuisse. — 20. Quod per Iovem et Solem iudices iurare iubentur, ne quis miretur, unum Homeri locum meminisse sufficit, Il. *T*, 196: *Ταλθύβιος δέ μοι ὦκα κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν κάπρον ἑτοιμασάτω, ταμέειν Διΐ τ' Ἠελίῳ τε.* Synegori vero Eresi per Apollinem Lycium iurare iubentur tit. IV v. 30. — 21. *ἐπὶ* addidi, quia populiscitum, ex quo ea, quae sequuntur excerpta sunt, quo tempore factum esset indicari oportebat. Ad aliud illud tempus, quam priora, pertinere etiam sermonis forma ostendit, quam non iam aeolicam, sed communem esse apparet (*κρίσεις* 23. *Ἀλεξάνδρου* 24. *φυγήν* 26). Magistratum vero, ex quo anni notarentur, prytanin fuisse v. 29 ostendit. — 29. *Πρότανις* formam, de qua dubitabat Ahrens d. aeol. p. 84, postea ipse in compluribus titulis lesbiacis exstare vidit, dial. dor. p. 507. cf. Hirzel dial. aeol. p. 15. — 39. 40. *Ἀγωνίππου υἱῶν*] *ΑΓΩΝΙΓ*|.*ΘΥΥΙΟΝ* 41. *ὃ*] *Θ*

IV, 1. *τὰ ὅπλα τοὶς ἄστοις*] . . . *ΠΛΕΤΑΤΑ* . . . . K (Kiepertus apud Boeckhium), ... *ΑΕΤΩΤΑΣ* . . . C (Conzius). Quae dedi, incertissima sunt, sed sententia eorum, quae scripta fuerunt, similis fuerit necesse est lapidis prioris. — 2. *εκλαισε εκ τας* omnibus literis dedit K. Postea, si literae, quibus usus sum, apud alterutrum exstant, nihil monebo. — 9. *στατῆρας τὰν*] *σπαατηραις* K, *ΣΤΑΤΗΡΑΤΑ* C. — 10. *ἶρα*] *ΙΙΑ* KC — 12. .*ΛΙΣΤΑΝΕΝΕΓΡΗΓΟ* K, .*ΛΙΣΤΑΝΕΝΕΠΟΗ* . . C. — 13. .*ΛΙΣΥΓΚΑΗΚΑΙΣΕ* K, .*ΛΙΣΥΓΚΑΤΗΚΑΥΣΕ* C. — 14. *πολιτᾶν*] *πασι* . . . K. 16. *Ἀγώνιππον*] *Τ* . . . *ΙΠΓ* . . K, .*Α* . *ΓΓ* . . C. — 17. *ΔΙΑΓΡΑΨΑΝ* K. — 19. *νόμοις*] *Γ* . . . . *Σ* K. — 21. .*ΥΤ*— . *ΑΝΑΤΟΣ* . . . K, .*ΥΤΩΘΑΝΑΙ* . . *Α* C.— 24. *ποήσασθαι*] *ΠΟΗΣΑΣΟΣΙ* K.

25. .*ΕΙΡΟΤΟΝ|ΙΑΣ* C. — 26. .*ΡΟΠΟΝΔΕΤΕΙ* K, . . *ΟΠΟΝΔΕΥΕΙ* C. — 27. . *ΟΘΑΝΗΝ ΛΑΤΙΣΟΣΙΑ* K, .*ΟΟΛΝΗΝΑΛΚΕΣΘΑΙΔ* C. — 28. *συναγόροις*] *ΣΥΠΑΓΟΡΑΙΣ* K. — 29. *πόλιν*] . *ΟΑΙΝ* C. *οἵ τινες*]*ΟΣΤΙΝ* . . K, *Ο. Τ⁴ΝΕ.* C. 30. *Ἀπόλλωνα*] *Α* . . . . | . *Α* K, *ΑΝΘ* . . | . *Α* C. — 31. 32. *συναγορήσοισι*] . . . | . . *ΓΗΣΑΙΣΤ* . . . K, *Ο* . . . | . *ΟΡΗΣΟΙΣΙ* C. — 33. . . *ΚΕΛΥΠΑ* . . . K, . . *ΚΕΛΥΝΑ* . . . . C. Documento vero haec inscriptio haberi potest, quam facile in supplendis et restituendis titulis a vero aberretur, si quis quae Boeckhius de eius sententia suspicatus est cum eis, quae altero titulo collato nunc facile corrigi et addi potuerunt, conferre voluerit.

Praeter hos vero titulos eresios etiam alios exstare dixi, qui ad historiam illorum temporum illustrandam multum conferant. Ac primus quidem, Mytilenis repertus, ab A. Boeckhio in C. I. Gr. 2166 editus est, qui, cum rex in eo commemoretur eoque auctore, quaecunque tunc de exsulibus revocandis et cum civibus reliquis, qui in urbe manserant, in concordiam reducendis acta sunt, a populo decreta esse intelligamus, rectissime de reditu exsulum ab Alexandro Graecis per Nicanorem imperato cogitandum esse dixit. Populus igitur Mytilenaeorum tum viginti viros eligi iussit, decem ex eis, qui in urbe manserant, decem ex exsulibus, qui quae inter pristinos incolas et reduces agenda essent, ut mutua benevolentia agerentur curarent, si quando controversia orta esset, ex aequo bonoque iudicarent, et si quae alia ad concordiam firmandam utilia esse viderentur, de eis ad populum referrent.

Alius titulus Chii repertus est, quem ex ectypo Antonii de Prokesch ab E. Gerhardo et A. Kirchhoff in actis menstruis acad. lit. berol. 1863 p. 265 sqq publicatum esse supra commemoravi. Qui cum in ea urbe eisdem fere temporibus rerum publicarum conversiones ac perturbationes eresiarum simillimas evenisse doceat, eum hic exscribendum putavi.

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Ζωίλος Χιάδου εἶπεν· Ἐπειδὴ οἱ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ τῆς εἰκόνος τῆς Φιλίτου, τοῦ ἀποκτείναντος τὸν τύραννον, τοῦ ἀνδριάντος ἐξεῖλον τὸ ξίφος, νομίζοντες καθόλου τὴν στάσιν καθ' αὑτῶν εἶναι, ὅπως ἂν ὁ δῆμος φαίνηται πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιούμενος καὶ μνημο–

νεύων ἀεὶ τῶν εὐεργετῶν καὶ ζώντων
καὶ τετελευτηκότων· Ἀγαθῇ τύχῃ· δεδόχθαι
τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· τοὺς ἐξεταστὰς το[ὺ-
ς ἐνεστηκότ[α]ς ἐγδοῦναι τὸ ἔργον διαστολὴν
ποιησαμένους μετὰ τοῦ ἀρχιτέκτονος, καθότι
συντελεσθήσεται, ὡς πρότερον εἶχεν· ὑπηρετε[ῖ-
ν δὲ αὐτοῖς τὸγ κατὰ μῆνα ταμίαν. ὅπως δὲ καθαρὸς
ἰ]οῦ ἔσται ὁ ἀνδριὰς καὶ στεφανωθήσεται ταῖς
νουμηνίαις καὶ ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, ἐπιμελεῖσθαι
τοὺς ἀγορανόμους.
*Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· **Ζωίλος Λιάδου***
*εἶπεν· **Ἐπειδὴ** ἐν τῷ πρότερον ψηφίσματι προσε-*
τάχθη τῷ ἀγορανόμῳ ἐπιμελεῖσθαι τῆς εἰκόνος
τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Φιλίτου, ὅπως στεφανω-
θήσεταί τε καὶ λαμπρὸς ἔσται, ὁ δὲ ἀγορανόμος
φησὶν εἰς ταῦτα πόρου δεῖσθαι· Ἀγαθῇ τύχῃ·
δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· τὸ μὲν κα[θ'] ἔ-
τος εἰς ταῦτα διδόναι τὸ ἀνάλωμα τοὺς
[κα]τὰ μῆνα ταμίας, ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν
[ἀγορα]νόμον, εἰς δὲ τὸν λοιπὸγ χρόνον οἱ
. . . . . πωλοῦντες τὰς ὠνὰς προσι
. . . . τῶν στεφ[άνων . . . .
. . . . τε . . . .

Sequitur, ut rerum chiacarum hunc aliquando decursum fuisse intelligamus:

1. Tyrannus rerum potitus est.
2. Philitus tyrannum occidit et popularis forma imperii restituitur.
3. Optimates inverso rerum ordine principatum obtinent.
4. Populares imperio recuperato Philiti statuam restitui iubent.

Iam cum literatura nihil habeat, quod de temporibus antiquioribus cogitari iubeat, prorsus verisimile est, quod Prokeschius suspicatus est, Kirchhoffius probavit, titulum ad tempora Alexandri pertinere et tum haec populiscita facta esse, cum optimates a. 332 a popularibus imperio exuti essent, de qua re supra diximus. Quod vero Eresi tyrannos Philippi tempore fuisse eiusque ope

expulsos esse vidimus, efficere videtur, ut etiam eum, quem Philitus percussit, eodem tempore Chii rerum potitum fuisse recte ponere possimus. Neque opus est cum Kirchhoffio existimari, tyrannum illum principem aliquem partium optimarum fuisse, quanquam plerosque eorum, qui illis temporibus summa rerum potiti tyranni nominarentur, ex optimatium numero fuisse facile concedimus.

Quarta denique inscriptio addenda est, quam in insula Samo repertam P. Decharmes in actis menstruis instituti archaeologici romani (bullettino dell' Instituto di Corrispondenza archeologica) 1866 p. 207 sq. primus edidit, deinde Vilelmus Vischer in musei rhenani vol. XXII p. 313 sqq. accuratius explicavit. Nam populiscitum ea continetur, quo Diocles Anaxagorae F. Gelensis, qui de civibus samiis et cum in exsilio essent bene meruisset et postquam in patriam redierunt eis benevolum se praestitisset, laudatus et civitate donatus est. Quam inscriptionem ad eadem fere tempora pertinere Vischerus omnibus momentis accurate pensitatis rectissime iudicavit. Nam cum Athenienses Timotheo duce Samum a. 465 expugnassent, cleruchis missis Samios sensim sensimque omnes expulerunt (A. Schaefer Demosth. 1 p. 87. Vischer l. d. p. 318). Quare cum Alexander exsules omnes restitui iussisset, Athenienses praeter Aetolos soli Graecorum non obsecuti sunt et, cum legatos ad Alexandrum Babylonem misissent, impetrasse videntur, ut ne exsules restituerent, sed Samum tenerent (Diod. 18, 8. 17, 113). Nam Perdiccas demum Atheniensibus apud Crannonem ab Antipatro devictis (Diod. 18, 18) a. 322 Samios in patriam reduxit. Tum igitur cum rediissent et res publicas denuo ordinassent, Dioclem civitate donatum esse Vischerus recte iudicavit.